



**Nicolai Cavssini Trecensis E Societate Iesv, De Eloquentia
Sacra Et Hvmana**

Caussin, Nicolas

Coloniae Agrippinae, 1626

De nominum ambitione, & religione. Capvt XXXV.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-68724](#)

emersit mundus, aut literæ ipsæ ante mundum extiterunt. Si primum non coaluit ex literulis: si secundum, quomodo astrorum influxus istæ literæ significabant, cum necdum essent sydera. Omnia vánitas plenissima sunt hæc commenta, sed & in eam deuenit dementia audax illuī Prometheus genüs, ut se ex varijs literarum mixtutis numerum Stellarum, & rerum omnium creatorum, scire posse consideret: quod tamen Deus sibi referauit, qui enumerat multitudinem stellarum.

states denique cæteras nōst? Quam multa alia præter hanc nominis exilitatem, ad perfectam cognitionem desiderantur: sed facimus nomina perfectas esse rerum imagines: Quid tñm? An si à p̄æstantissimo pictore ad omnes artis numeros expressi fuerit hominis effigies, idcirco humanam naturam habere dicitur. Somnijs omnino ista sunt similia, quæ suæ natura dissoluuntur, tantum abest, ut longiorem confutationem mereantur.

De nominum ambitione, & religione.

Confutatur Rucelinus, & ceteri nominales.

CAPVT XXXIV.

Eosdem sc̄rè Rabbinorum errores, multis iam saeculis intermortuos, & ab omnibus irratis reuocauit Rucelinus; natione Brito, præceptor magistri Petri Abelardi nouatoris, primus enim sectam nominalium instituit contra Reales, & nominum cognitione, rerum quoque cognitionem contineri, magno conatu defendit: sub annum Domini 140. Ex quo grauia, & cruenta inter studiosos Parisenses prælia sunt excitata. Meminit Aventinus lib. 6. qui & verus epigramma recitat in eandem sectam compositum.

*Quas Ruceline doces, non vult Dialetica
voce,
Iamque dolens de se non vult in vocibus esse.
Res amat, in rebus cunctis vult esse diebus.
Voca retrahetur, res sit quod voce docetur.
Floras Aristotele rugas dicendo seniles,
Res sibi substractas per voce initiatas.
Porphyrius que gemis, quia res sibi lector ad-
mit,*

*Quiries abrodit, Ruceline Boetius odit.
Non argumentus, nullusque sophismate sensis,
Res existentes in vocibus esse manentes.*

Hæc rudis saeculi monumenta, quæ satis indicant hanc Rucelini opinionem merito displicuisse. Etenim, quæ potest ex nominibus haberi cognitione? Mitto quod pleraque sunt exilia, & ab imperitis hominibus impo- sita. Et tamen ipsa, quæ plus habere videntur splendoris, aliquam rei proprietatem, non internas causas amplectuntur. An si bouem ~~ann~~ à clamore, & mugitu dictum tenes, eius interiorm formam, materiam, poter-

CAPVT XXXV.

Histamen opinor vanissimorum autho- rum, fulta principijs latius manavit ina- nis quedam nominum regio, & singularis speciosorum titulorum ariditas. Hinc A- lexandri, Ptolomei, Pharaones, Cesares, Con- stantini, Thomanni, ipsi denique Abyssini su- b. sup. um regem Bellugiam, & ferunt, hoc est incom- l. 3. parabilis prestantie gemmam appellarunt, quod nomen etiam posteri multi constanter retinuerunt.

Parum est, si apud reges hæc tantum suis- set ambitio, & non in omnes longè, lateque pernugata.

Tam sæpè occurunt in Romana historia Claudi, Cluentij, Marcelli, Scipiones, Sergi, Ma- milij, Potiti, Pinarij, Marercij, Cacilij, Calpur- nij, quibus se appellationibus non modo no- bilitari, sed & fortunari credebat. Omitto tot cognomina, viris ingenij, armorum, aut denique virtutis gloria illustribus dari so- lita: Pericles à fulmine eloquentia dictus est Olympius, Apis Attica Xenophon, Antiphon Lytoriatis, sive Orationum coquus, Mar- cus etiam Vero satis inepio nomine à Pa- læmone Grammatico Literarum porcus, quod nihil illo lauti, aut fecundius, nihil ad va- rias palati voluptates parabilius; Cyro solis Gell. l. 13. } nomen fuit, Neroni Nerien, sive Marius, m- rigono Eugeeta, sive bonifactoris, Edmundus Angliae Rex Ferreum latus, Lucullus Xerxes rogarus, Traianus optimus. Ant nius pius ap- pellatus est.

Hoc Francorum Regibus commune, qui multis agnominiis vulgo appellati legun- tur. In infinitum esset singula, non modo re- gis dignitatis, sed ipsorum etiam plebeiorum

Y 2 no-

nomina ab ijs exquisitè affectata recensere.
Vna inter tot gentes extra Grammatas invenia est, apud quam imponendorum nominum nulla esset consuetudo. Longè sapientius Christiani, qui ab ipsis Ecclesiæ incunabulis cœperunt, SS. Martyrum appellations filij imponere, quod testatur Theodoreus.

Theodo. ser.
8.

Tὰς ἢ τὰ μαρτύρων προσηγορίας μέλλον
Ιουστινὸν τῶντες ή τὰ τὰ φιλάτεραν δύομάτα,
Ἐπειδὴ παροὶ ἢ τὰς τέτων προσηγορίας έπι-
τίθενται στοχαζόσιμη, δοφάλειαν αὐτοῖς, καὶ
φυλακὴν εἰτεῦθεν μηχανώμενοι.

Μαρ' γεννητοὶ νερὸν appellations magis norunt
omnes, quād ut amicissimorum nomina. Ad-
hac suis libris imponere student, quo eis inde se-
curis atem, & praefidium comparant.

Φυλακή, dixit. Nam & phylacteria dicta sunt.
Cuius nominis ratio, vt plenius intelligatur,
sciendum est, antiquos contra venena, & ma-
leficorum, hominum artes, gestasse quedam.
Antidota, quae ipsi amulera, & phylacteria
confuerant appellare, sicut autem plerū-
que ex lauro, unde laureuni baculum gestari
notat Zenobius, contra insidias maleficorum.

Zenob. cōf.
S. Andag. 12.

Διηρύνει φαρὲι βασικήριας θεο. λέγειν εἰδό-
θεισι οἱ θεότιναι έπιβλεψόμενοι, παρόγν,
ἀλεξιφάρμακον ἢ δάφνην. Alias siccabant ex la-
pillis, ex quo Dioscorides refert mulieres Se-
lenite lapide instar phylacterij vfas.

Καὶ ἀντὶ φυλακτηρίου περιάμυνται ἀντῷ
οἱ γυναῖκες χρωταῖ. Idem codem libro Iaspis-
des θυλακήρια περιάπτα nominat. Alias
phylacteria siccabant ex characteribus, & nomini-
bus sacris, qualia erant Iudaicorum, qui legem
Dei in membranulis descriptam instar coro-
næ deferabant, ut liquet ex sacris, cuius mo-
xis vestigia nunc etiam remaneant Abyssini, vt
notat Larricus to. 2. historia. Hec qui ob reue-
reniam sacrarum literarum deferabant, bene
quidem faciebant, sed qui certos astrorum flu-
xus innexos sacris literis crediebant, tuto cœlo
errabant: nec immerito tales errores, & super-
stitiones. Antiochena Synodus damnavit. Eo-
dem modo se nomine, & imagine Alexandri
magni, pulchrios, beatosq; putabant Ethnici,
nonnulliq; Christiani his plerumq; super-
stitionibus erant implicati, quos.

Increpat D. Chrysost. in ho-
milijs ad populum.
Antiochic-
num.

Curiosa nominum obseruatio, & antiquus
ritus illustratus.

CAPUT XXXVI.

NEQUE verò his contenta limitibus fuit, Ritu no-
sed latius manauit in pueros nominum minime
indendorum supersticio. auctor est D. Chrysostomus.
nonnullos adhuc sua ætate Christianos, ad D. Chrysostomos
hos Ethnicorum ritus defluxisse, vt infanti in e. 4. al
nomina imposituri cereos complures accen- Corinth.
derent, suo cuique nomine affignaro: puta
hic Zosimus appellabatur, alter Stephanus,
tertius Procopius: Atque eius demum, qui
ceteris extinctis superuixerat, nomen quasi
longioris æui, & future felicitatis omen arri-
pientes, imponebant infanti. Ηνίκα δὲ κα-
λεῖσθαι τὸ παγδιον δέη, αφέντες ἀπὸ τὸ ὄγκων
αὐτὸν καλέν, ἀε οἱ παλαινοὶ πρώτοι ἐποιοῦν
λόχνες ἢ λαντρες, καὶ δύομάτα αὐτοῖς έπιτί-
θετες, τὰ διαφρέσαντα μέχρι πολλῷ τὸ πα-
ύρι ποιεῖσθαι οὐδένων. Εὐθέτεν σολὺν αὐτὸ-
σοκαλόμενοι βιβλεῖσθαι χρόνον:

Hoc ab Andronicus seniore Imperatore
factitatum, ex G. Pachymerij historia disci-
mus. Cum enim illi complures puellæ more-
rentur, mulierculæ cuiusdam suauis sub partu
vxoris, duodecim cereas imagines virili sta-
tuta toridem Apostolorum nominibus insig-
nitas accedit ordine: cumque partus in tem-
pus, quo S. Simonis statua ardebat, incidisset,
puella Simonis est vocata, specie quidem pul-
cherrima, sed quæ anno ætatis octauo Crali
Seruite Despotæ nubere coacta, corrupto vte-
ro sterili extitit.

Hoc idem penè secundum superstitionem Pachymeri
à D. Chrysostom exagitatum describit Marincus.

Maria (inquit) Petri Aragonum Regis VII. Mar. I.
vxor prius sterilis, tandem dolo erga maritū 10. regnum
vsa concepit, &c in ipso partu multis pro salu-
te parturientis ornatis, filium peperit cum
summa Regis, & omnium nobilium letitia.
Infantem natum Regina statim ad Ecclesiam
misit, ad imaginem Mariæ Virginis. Cum
puero multis Ecclesiam ingredientibus, sacer-
dotes, qui matutinas horas recitabant, de ad-
uentu infantis ignati psalmum canere co-
perunt: Te Deum laudamus. Hinc ad aliam Ec-
clesiam profecti omnes atripiunt; Benedic tu
Do.